



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 74. Parisiensis Facultatis censura adversus libros Erasmi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI.
A. C. 1527. cunque ad comprobendam accusationis æquitatem opportuna censuit, ad alienum quoque sensum detorsit ea, quæ in longe alio prolata fuere. Utebatur insuper alia adhuc arte; quippe quosdam selegit articulos, quos latine reditos ad Curiam transmisit, ut Proceres totamque Franciam contra accusatum concitaret, huncque auctorem Regis Christianissimi Curix exosum redderet; eo enim ex fine carpsit titulum Regis Franciæ, quem Erasmus Angliæ Regi, cui librum suum nuncupavit, adscribere audebat. His artificiis suffultus Beda, quodammodo voti sui compos factus Theologicam Facultatem induxit, ut Mense Decembri adversus Erasmi librum censuram pronunciaret.

§. LXXIV.

Parisiensis Facultatis censura adversus libros Erasmi,

*Argentre
coll. jud. de
nov. error.
tom. 2. p. 53.
& seq.*

In ea præprimis Facultas hunc in modum edisserit: *Cum a nobis Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto circa finem Julii a multis & gravibus personis quæreretur, quid sentiendum foret de quibusdam propositionibus excerptis ex Paraphrasibus Desiderii Erasmi in novum testamentum, & similiter de aliquibus aliis extractis ex quodam ejus libello dictarum*
pro-

propositionum defensivo, qui dicitur Elenchus, nec non & paucis aliis in quibusdam illius Libri repertis: Nos rationem reddere volentes, de ea quæ in nobis est fide; re diutius atque maturius perspecta, tandem super dictis propositionibus ita respondendum censuimus, ut sequitur, præposito tamen prius indice eorum, quæ hic tractantur.

Sæcul. XVI.

A.C. 1527.

I N D E X.

- De parvulis baptizatis.
- De Morte Christi.
- De jejunio & delectu ciborum.
- De juramento.
- De Reparatione injuriæ.
- De Matrimonio.
- De Fide.
- De quibusdam desideriiis spectantibus ad fidem.
- De Lege veteri.
- De Auctoribus Librorum novi Testamenti.
- De Symbolo Apostolorum.
- De traductione Sanctarum Scripturarum in linguam vulgarem.
- De his, in quibus a communi usu Ecclesiæ Latinæ Paraphrastes recedit in suis Paraphrasibus.
- De quibusdam propositionibus, quæ positæ videntur ex inadvertentia vel Paraphrastæ, vel typographorum.

Hist. Eccles. Tom. XXXV. U De